



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Mittitur ad Comitem de Furste[n]berg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

hominum licentia, corruptaque nobilium disciplina. Quapropter etiam, atq; etiam Paternitatem tuam rogo, ne se facile istorum magnatum precibus permoueri sinat, qui nostros secum in aula versari flagitant, ac istiusmodi missiones mēse longiores expetunt. Omitto in quæ fastidia, & pericula nostri incidant, cum se istorum ingeniis utcumq; accommodare coguntur, ita ut nec sibi, nec aliis pro ratione suę vocationis seruire, ac prodesse possint. Loquor autem de Germanorum nostrorum receptis moribus, à quibus nostros, quoad eius fieri potest, abesse consultissimū puto. Sub hæc locus incidit, quo sua de fugiendis Aulis dicta Canisius affirmaret ipsis rebus, planūque faceret nihilo se validius verbo, quàm exemplo esse doctorem. Albertus Comes de Furstenbergio ex Euerardo Præposito impetrarat, ut aliquis ad se de societate confessarius in tempus aliquod mitteretur. Nam & ipse à pietatis non abhorrebat studiis, & coniugem habebat admodū piā, assuetamq; Pragæ Imperatricis in Aula frequenti confessioni, sic ut difficillimè careret magistro conscientię, qui ad manum quotidie præsto esset. Quarum rerum gnarus Prouincialis

Hoffæus,

*Mittitur ad  
Comitem de  
Furstenberg.*